



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Ortenburgica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](#)

## GOTHAE.

IN CURIA.

**V**o der Bürgermeister schenket wein/  
Die fleischer mit im Rathesein/  
Vnd der Becker wigt das brot/  
Daleidet die Gemein grosse not.

## BRUNSVIGAE.

**H**ic sua Bernhardus Broitzenus consul in urna  
Frigida post summum condidit ossa diem.  
Cui dum praconis dependet ab ore docentis,  
In templo hoc subito funere raptus obit.  
Mens recta superos adiit: sed tecta sepulcro  
In spes sanctorum membra soluta cubant.  
Mortuus est in templo.  
An. 1561. 16. Novemb.

## ORTENBURGICA.

## ÆTERNO LUMINUM PATRI.

**C**um tuæ sint deliciæ, qui trinus & unus es, vicariorum  
operatorumq; tuorum castis piisq; cœtibus interel-  
se: quæcunque Joachimus Comes Ortenburgius, S.S.  
Evangelii tui conceperat semina; suæ quoq; à te deorum  
Deo fideicommissorum animis inserturus, hocce tem-  
plum à superstitione repurg. non tibi, quem neq; universi ca-  
pit machina, sed Christi tui ante ann. c Iɔ. Iɔ. LXXXI.  
pro salut. mortalium immolati, precioso lustratis sanguine,  
veritatis & virtutis ergo patefecit: decennioq; postquā  
averruncari coeperat, multis interea & vite & fortun. cum  
domi tum in exilio exantlatis pericl. in sinceræ relig. asce-  
terion perpetuum, dum tu yetus Comitum Ortenburg.  
genti,

genti; subjectisq; populis faveas propitius, devota grata-  
que mente consecravit.

D. O. M. S.

ADELHEID.

Ex illustri Rheingrav. & Wildgrav. gente prognata.  
Quæ Carolo Domino in Limburg marito diu supervixe-  
rat vidua, anno reparat. Sal. c I o. I o. lxxv. ætatis vero  
suæ LVIII. IV. Idus Octob. Ortenburgi pié obdormivit.  
Quom sexto ante die præmisisset Joachimum ex filio Go-  
defrido nepotem unicum, necdum iv. annos natum.  
Quorum ossa Joachimus Comes Ortenburgius gener pa-  
trinusq; quod illam ut matrem coluerat; istum instar filii  
amaverat, gentilitio hujus delubri tumulo suo juxta An-  
tonii Kariss. F. Fridericiq; N. cineres condidit, hocq; M.P.

## AICHSTETI.

*Fallax saepe fides, testataq; vota peribunt.  
Constitues tumulum si sapis ipse tuum.*



## COLONIENSIA.

## DE COLONIA AGRIPPINA

JUL. CÆS. SCALIGER.

*M*axima cognati regina Colonia Rheni,  
Hoc te etiam titulo Musa superba canit.  
Romani statuunt: habitat Germania: terra est  
Belgica: ter felix. Nil tibi diva deest.

## IN CHORO TEMPLI CATHEDRALIS.

Reverendiss. D.D. Adolpho, Archiepiscopo, ac Principi  
Electori Colonien. S. Rom. Imperii per Italiam Archican-  
cellario, Legatoq; nato, Westphaliae & Angariae Duci, &c.